



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 61. Falsa verborum sancti Joannis explicatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.
A. C. 1565. „jure insistere possumus explicationi a
„Sirmiensi, & Ariminensi Conciliis circa
„hanc rem datæ, quam vos inniti po-
„testis decisione Nicænæ Synodi, pri-
„ma enim hæc Concilia erant libera,
„illud vero Nicænum sua caruit liber-
„tate, eoquod præsens adesset Constan-
„tinus, qui omnes Synodi Patres in
„obsequio continebat, eosque ad fata-
„lem suo arbitrio obsecundandi necessi-
„tatem redigebat. „ Verum hæc men-
„tiebantur Sociniani absque omni veri-
tatis specie.

§. LXI.

*Falsa verborum sancti Joannis ex-
plicatio.*

Narrat. l. c.
pag. 212. Ceterum spurii Reformatores sua lar-
gumenta ad folius sacræ Scripturæ
limites, exclusa omni glossa, restringere
cogebantur, ac præprimis disputationi
initium dabant ab illis sancti Joannis
verbis: *In principio erat Verbum* Joan. I.
v. 1. Verum Pinczovieneses, cum per
explicationem a Lelio Socino antea eis
propinatam circa hunc textum essent
exercitati, prompte illum in sensu fi-
gurato explicabant, idque aliis con-
firmabant textibus, quos ipsimet adul-
terini Reformatores nonnisi in sensu
figurato admittebant, quales erant se-
quentes: *Hoc est Corpus meum: ego sum
vitis,*

vitae, & Pater meus agricola est: ego sum Sæcul. XVI.
aqua saliens in vitam æternam &c. A.C. 1565.
 Nec tamen prætenſis hiſce Reformatiſ de-
 fuiſſent argumenta ex traditionibus, Con-
 ciliis, Patribuſque deprompta, quibus
 novas hæſce explicationes, & ſophis-
 mata eluderent: verum hiſ armis pu-
 gnare non audebant. Tandem poſt pro-
 lixam verborum contentionem, ac cre-
 bras calumnias ultro, citroque ſparſas
 adulterini Reformati, cum nulla ex
 ſacris literis argumenta proferre poſ-
 ſent, quibus eorum adverſarii non il-
 lico reſponderent, in pleno conſeſſu tota
 vocis intentione intonabant: Gloria Deo
 Patri, Gloria Filio ejus unico, Gloria
 Spiritui ſancto Paraclito nunc, & ſem-
 per in ſæcula ſæculorum &c.

§. LXII.

*Pinczoviennes ira commoti, ac diſſo-
 luto conciliabulo ſecedentes.*

Equidem Pinczoviennes hanc agendi
 rationem, qua Reformati uteban- Lublin. l. ca
 tur, velut ſuæ ignorantia, ac deſpe-
 rata cauſæ argumentum reiſa inter-
 pretari debuiffent, illi tamen longe ali-
 ter hac de re judicabant, exiſtimantes,
 quod illiſ inſultandi animo blaſphemia
 contra Deum proferrentur, quapropter
 injuriam ſibi illatam vindicari poſtulan-
 tes in pleno conſeſſu palam declara-
 bant,